

¶ In parte vel non vident vel videre nolunt aut quod verius est videre nesciunt ea que in profectu oculorum habent homines

Manifestum est tibi per ea que ingeniat ac probati in corporibus celestibus que ipsi posuerunt animata esse et etiam incorruptibilia et estimauerunt se probationes adduxisse ad hoc. Ex quo sequitur eos ut vel ponant animas hominum corporum aut nobiliores animabus corporum humanorum aut eque nobiles aut minus nobiles. Quod si minus nobiles consequens igitur est ut si ex illis est corpus celestibus vita perpetua naturaliter quod ex animabus humanis sit naturaliter vita perpetua corporibus nostris est enim de nobilitate redundans animarum vita nobilis. hoc autem non est nisi immortalitate stabilitate hoc est immunitate a morte. Quod si dixerit quia hominum vita scilicet immortalis utique rediret ex animabus humanis in corpora humana naturaliter si vite talis essent naturaliter susceptibilia. Rursus in hoc et dico quia errat intolerabiliter si eius corpus humanum est naturale vas fontis hominum emanationis et propter emanationem suscipienda fonti naturaliter applicata erant igitur natura vas emanationis in susceptibile fonti hominum applicando. Natura autem in hiis que naturaliter facit manifestum impossibile est. Quare naturaliter congruit ex necessitate vas humani corporis per receptibilitatem fonti huiusmodi emanationis. Hec autem emanatio est vita perpetua ut ipse ponit. Naturaliter igitur ex animabus humanis redundat vita perpetua in corpora humana et ipsa naturaliter receptibilia scilicet ipsius alioquin inepta valde esset et nature prudentia minime deceret hominum vasorum ad hominum fontes applicatio siue coniunctio. Si vero fuerint nobilitate equales anime celestes et anime humane manifestum est ex equalitate causarum sequi debere naturaliter equalitatem effectuum. Erit igitur redundantia vite corporalis in corporibus humanis immortalitate id est immunitate a morte firmata naturaliter. Jam autem audiisti alibi probationes et declarationes alias ad hoc. Quod si dixerit quia nobiliores sunt anime ille celestes animabus humanis et hominum iudicium est ipsa nobilitas corporum hoc enim iam multi dixerunt. Dico quod longe maior appet nobilitas in humanis corporibus in quibus apparerent tot organa et tam multiplicium operationum. In illis quippe corporibus

nec unum apparet organum unius operationis aut virtutis. Nobilitas autem animarum et omnium virtutum etiam apparet ex multitudine et nobilitate operationum propterea artem et sequaces eius posuerunt celum stellarum fixarum ceteris celis nobiliorum et solus stellarum plurimum multitudine insignitum. tanquam ipse stelle organa quedam sint et signa virtutum multiplicium quibus creator celum illud pre alijs illustravit. et in hoc astronomi consentiunt illi. Verum artem manifeste ostendit organa motus non esse data stellis utpote qui eas posuit non moveri per se sed in celis suis. Quia igitur tanta multiplicitas virtutum apparet in animabus humanis tantaque redundantia siue emanatio operationum. In illis vero non apparet nisi motus et virtus motiva de qua non levis deceptatio est apud philosophos. Manifestum est animas humanas nobiliores esse illis quas ponunt corporibus celestibus. Si vero dixerit quia alias habent multiplices virtutes nobilissimas que note sunt apud astronomos et scripte sunt in libris eorum Tu iam audiisti intentionem meam super hoc et declarationes quibus declaratum est per tibi per me quia non est possibile virtutes tam nobiles atque sublimes esse celestibus et stellis et multi ex astronomis posuerunt nec amplius eis relictum est a me de virtutibus et influentijs quas eis posuerunt nisi super quatuor elementa et in ea que ex elementis sunt et hoc quantum alligata sunt eis et de rebus voluntarijs apud homines quod possint et non possint qualiter et quantum patefactum est tibi probationibus et rationibus ad hoc igitur iam devenit ista ratiocinatio quod maior nobilitas appet animarum humanarum naturaliter quam illarum animarum quas ponunt celestium. Quod si dixerit eas intelligentes esse longe nobiliorum atque sublimiorum naturaliter quam possibile sit animabus nostris quas ipsi nec probent nec declarerent hoc. Dico quod de intellectiva per se non fuit vita apud corpus. Cum ipsa per se non sit corpori coniungibilis aut applicabilis. Quare esset etiam ista nobilitas atque sublimitas virtutis intellective apud animas illas non esset influentia vite corporalis ex illa per se. Quare impudenter illa ponunt quantum ad influentiam vite immortalis. Modis igitur omnibus necesse est vitam corporum humanorum tanquam naturalem redundantiam naturaliter. Rursus naturali fonti suo naturalis autem fons vite corporalis humane anima humana est absque ulla dubitatione. Quare natura-